UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Erphonis, Mimigardefordensis Avt Mimmigernefordensis Nvnc Monasteriensis Episcopi, In Ordine & Nvmero Septimi Decimi

Boichorst, Albert

Monasteri[i] Westphaliae, 1649

[Zitate]

urn:nbn:de:hbz:466:1-13197

Visual Library

David Pſalmo III.

In memoriâ æternâ erit juſtus, ab auditione malâ non timebit.

*Salomon Prouerb.cap.*10.

Memoria juſti cum laudibus, nomen impiorum putreſcet.

*Eccleſiaſtici cap.*44.

Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſuâ.

S. Ambroſius, qui vixit ſeculo à Chriſto nato quarto, mortuus eſt enim Anno Domini 397. ſerm. 77. in natali Tauricorum Martyrum.

Specialiter ij venerandi ſunt à nobis, quorum reliquias poſſidemus.

Idem S. Ambroſius.

Honoro in carne Martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices, honoro per confeſſionem Domini ſacratos cineres, honoro in cineribus ſemina æternitatis, honoro corpus, quod mihi Dominum meum oſtendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere, honoro corpus, quod Chriſtus honorauit in gladio, quod cum Chriſto regnabit in cœlo.

S. Leo Primus, Papa qui vixit ſeculo quinto, mortuus eſt enim Anno Domini 461. ſerm. 10. in natali SS. Petri & Pauli.

Sicut nos experti ſumus, & noſtri probauêre maiores, credimus atque confidimus, inter omnes labores iſtius vitæ, ad obtinendam miſericordiam Dei, ſemper nos ſpecialium Patronorum orationibus adiuuandos.